



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallelia Geographiae Veteris Et Novae

Parallelia Geographica Italiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

Sect. 5. Bergomensis Ager, le Bergamasque.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13120

B R I -
X I A -
N I .

V R -
B E S
A G R I
B E R -
G O -
M E N -

putant à Francis qui h̄ic considerunt post viētum à Carolo Magno Desiderium. Capreolus apud Leandrum hoc nomen ait huic regiunculae impositum, quod cūm vouisset Carolus Magnus se celebratum festum S. Dionysij in Franciā, & eiusmodi tempora incidissent quibus relinquere non posset Italiā, constituit ædem S. Dionysio circa Rodengum, vulgo *Riuadega*, & hunc tractum Franciam Curtam hoc est paruam, vel breuem appellauit.

SECT. 5. *Ager Bergomensis*, le Bergamasque, aut Bergamasc.

B E R G O M V M : *Bergamo*, hoc est mons Regalis veteri Gallorum lingua, ait Ioan. Chrysostomus Bergomas lib. de Orobiis: vrbs est in latere montis posita, cuius radices amplissima suburbia occupant, nouem propugnaculis regiis munita est, & castro in monte qui **C a p e l l a** dicitur, quia h̄ic olim ædicula: castrum alias dirutum iterum excitatum est ad præsidium vrbis. **S e r i a t u m** : *Seriato*, ad Fl. Serium vnde nomen habet. **M a r t i n e n g u m** : *Martinengo*, oppidum diues, & frequens.

R o m a n u m : *Romano*, frequens quoque oppidum, & mercibus suis celebratum. **M a l p a g a**, *C a s t r o M a l p a g a*, cultissimum castrum à D D. Martinengis reparatum.

Æ d e s D. M a r i æ B a s s e l a n æ : *Basella*, non procul à Serij Fl. ripâ, vbi B. Virgo monuit rusticam puellam, vt h̄ic Crux ad Quercum effoderetur quā repertā exclamauit *Basella* voce patriâ, vnde loco nomen inditum.

C a l e p i v m : *Calepio*, à quo dicta vallis Calepia ad Olium ex Sebino lacu exeuntem, patria Ambrosij Calepini Eremitæ S. Augustini, de re Latinâ optimè meritati, ob voces Latinas in syllabum digestas.

S p i n u m : *Spino*, vnde lacus cognominis. **C l u s o n i v m** : *Cluson*, locus iis cognitus qui in vallem Tellinam proficiscuntur; quindecim enim in hoc traktu angustiæ, seu aditus, quibus hunc transire ad Gu-

S I S.	sones queas, omnes in Tabulâ recente notati, & appellati. Luerium: <i>Louer</i> , ferè ad caput Sebini lacus, in valle Chiusontiâ oppidum lanificio diues.
Vlmum:	<i>Olmo</i> , vnde valli nomen.
Fanum S. Ioannis Beccensis:	<i>S. Giovanni Becco</i> , ad Fl. Brembum.
Bramates:	<i>Brembato di Sotto</i> , ad Fl. Brembum.
Caueriatum:	<i>Capriato</i> , non procul ab ostio Fl. Brembi in Adduam.
T L L	<i>OLLIVS: Oglio</i> , Recipit fluuiolum Spinum: <i>Spinò</i> , ex lacu de quo suprà cognomine prodeuntem.
A D V A	<i>ADDVA: Adda</i> , in quem ca- dunt duo ce- lebres Fl. <i>Brembus: Brembo</i> , magnam huius agri partem alluens, multosque fluuiolos forbens.
I I I	<i>Serius: Serio</i> , de quo Sect. sequenti.
P R A E C I - P V E	<i>SERIANA: Val Seriana</i> , à Serio Fl. satis fertilis; vbi olim Becuni.
V A L L E S	<i>BREMBANA</i> à fluuio Brembo, amplissima, & feracissima, & ferè per totum hunc tractum decurrens.
A G R I	<i>MARTINIANA: Val S. Martino</i> , ad Addam dum exit è lacu Comensi, in primis amoena.
B E R G O - M E N S I S.	<i>CALEPIA: Val di Calepio</i> , ad exitum Ollij ex Sebino lacu. <i>CHIVSONTIA: Val di Chisontio</i> , ad eiusdem lacus Sebini caput.

SECT. VI. *Ager Cremonensis*, le Cremasque, ou Cremaſc.

V R -	<i>CREMA: Crema</i> , nobis <i>Creme</i> ; olim Forum Diuguntorum Ptolemæi, nomen aliqui mutatum putant, quod cremata fuerit iussu Archiepiscopi Mediolanensis ob incolas Antropomorphitas: prima eius mentio fit sub Friderico Ænobarbo à quo æquata est solo, sed à Cremonensibus reparata est; alij ab eodem Friderico restitutam malunt. Olim tantum Castrum erat, vnde prouerbium Crema in Lombardia.
B E S	Eccc ij